



15
Partis Posterioris
COLLEGII JURIDICI
Disputatio I.

De

PROBATIO-
NIBVS.

Quam

Mediante Jesu Benigno

In Illustri Lipsiensium Academia,

Consensu & approbatione laudatissime Facul-
tatis Juridicæ, Magnificj Dn. Ordinarij, Senioris, & re-
liquorum Doctorum & Assessorum di-
gnissimorum.

SUB PRÆSIDIO

Clarissimi & Consultissimi Viri

Dn. JACOBI BLÜMELII Lipsiens.

J. Vtriusq. Licentiati.

Examinandam proponit

JOHANNES ADAMUS Svid. Sil.

Ad diem 24. Aprilis Horis Matutinis
& Pomeridianis.



LIPSIÆ, TYPIS LAMBERGIANIS
excudebat Johann Glück. ANNO 1618.

VIRIS

Amplissimis, Prudentissimis, Consultissimis, sapientia, virtute, & multiplici rerum usu spectatissimis,

Dn. GEORGIO ROSARIO à Rosensfeldt / Laudatiss. Reip. Suidnicensis Consuli-Regenti meritissimo.

Dn. PETRO SCHOLTZIO, eiusdem Reipub. Senatori dignissimo.

Dn. STEPHANO ADAMO in ead. Rep. Scabino solertissimo, parenti.

Dn. HIERONYMO NEUMEISTERO, ibi. Quæstori fidelissimo

Omnibus studiorum meorum Promotoribus magnis

Hoc Exercitium

O. D. C.

Johann. Adamus

AUTOR ET RESPONDENS

P O S I T I O I,

Probatio est rei dubiæ per argumenta demonstratio.

a à probo, non quod probè faciat, qui probat, id enim nimis generale, sed quia officit, ut probum ac rectum iudicetur, quod intendit. *b* arg. l. 1. b. *Wes. par* b. n. 2. ratio 1. quia evidètia approbatione nō indigent. c. 9. de accus. 2. quia notoria non probantur, sed allegantur. *Myns. 6. obs. 3. Dd. in l. 7. C. de accus. c* Sic defm. gl. *Bart. Azo. Sichard. & alii ad rubr. C. h. Vult. J. R. lib. 2. c. 2. n. 12. Mascard. b. vol. 1. q. 2. n. 8. Hippol. de Marsil. in rep. rub. de prob. n. 2.*

II.

Quæ vera est, aut Præsumptiva. Illa quæ ad factum ipsum demonstrandum directa: Fit autem Testibus, vel Instrumentis.

*l. ult. C. b. l. 2. C. de test. Et hæ legitima ac solennes probationes dicuntur. l. 25. ff. b. l. 4. l. 12. C. eod. Nec plures, tit. in ff. & C. Nam quæ his accensentur aut veræ probationes non sunt, aut ad istas species referenda, ut sunt Fama, quæ nihil aliud est, quàm hominū communis de re aliqua opinio & asseveratio vulgò ein gemeine rede. Hac aliis juncta, & veluti consentiens, confirmat fidem. l. 3. §. 2. de test. sola per se nil firmitatis habet. Quæstiones & tormenta. tales enim probationes fragiles sunt, & sæpè numero fallaces. l. 1. §. qui ff. de quest. vid. *Menoch. lib. 2. arb. jud. qq. cas. 269.**

III.

Præcipua Quæstio est, multisq; opinionum anfractibus involuta; Num Confessio vera possit dici species Probationis?

*Vera quidem species non est, sed relevatio potius probationis. Nam qui confitetur, non probandi causa id facit sed bonæ fidei agnoscende aut vitandi iudicii, Abb. in rub. ext. b. per l. 30. in pr. ff. de iurej. & c. 1. de confes. in. 6. Joh. Andr. in c. sacerdos. in col. 1. ext. de prob. Masc. b. in præamb. q. 7. n. 1. & Dd. com. Ut autem probatio dici possit, requiruntur 1. ut cõtineat causam, alias non probat & nihil operatur l. 25. §. si ubi gl. ff. b. & gl. in l. 1. in f. ff. de interreg. act. c. si cautio, & ibi Dd. de fid. instrum. Limit. varias subjicit *Hip. de Mars. loc. alleg. n. 78. ad n. 105 usq; 2. ut sit possibilis. l. 23. §. 11. ff. ad l. Aquil. l. 13. cum seq. de interreg. act. 3. ut sit verisimilis. Bald. in l. 10. de Episc. & Cler. in 1. col. Hipp. de Mars. d. l. n. 108. 4. ut sit pura & spontanea. Ioan. de Imol. conf. 109. 5. probata. 6. vera & non ficta.**

A 2

Similiter

IV.

Similiter in eo non levis est DD. dissensio: An Iuramentum sit species probationis? N.

Ratio 1. quia jurantis finis est, ut lis finiatur. 2. quia est inter volentes: probatio a. in invitos. 3. quia est text. in c. 3. ext. de cleric. peregrinis. 4. per l. 83. ff. de cond. & demonst. Felin. in rub. ext. eod. circ. f. Hipp. de Mars. d. loc. n. 119. cum seqq. Hillig. lib. 25. c. 6. in f.

V.

Testes sunt personæ, quæ ad fidem alicujus rei faciendam accesserunt a. Eæ ad minimum duæ b; aliquando etiam plures c. Unius v. testimonium nullum est. d

a c. 10. de V. S. Alciat. 2. parerg. 2. Wes. b. n. 1. in. f. Vult. 2. J. R. 2. Trent. disp. 5. vol. 2. th. 6. lit. b. b l. 12. l. 1. in. f. h. arg. l. 218. de V. S. c. admonere. 3. q. 2. c. veniens. & c. licet. de test. Deut. 19. v. 15 Matth. 18, v. 16. Myns. resp. 1. n. 11. & 3. obs. 76. c quemadmodum per multos casus enumeratos ostendunt Spec. d. test. §. 11. n. 1. cum seq. Vasq. 1. cent. 14. n. 3. Donel. ad l. 9. p. 192. de test. Farin. q. 63. n. 239. d l. 9. C. b. l. 20. de quest. ctiam si Princeps esset. l. 19. C. de testam. cl. 1. de prob. Clar. 5. sent. §. fin. n. 21. nisi de suo facto vel coram se testetur c. 28. & ibi Myns. n. 11. cum seq. ext. de testam. & obs. 34. l. 5. Semiplenam demum probationem unius testimonium facere notant Specul. de test. §. 11. n. 11. inf. Masc. q. 11. n. 52. maxime 1. si omni exceptione sit major, Coras. in postl. ad l. admonendi n. 36. de junj. 2. si verisimiliter super re probanda plures habere nequeant. 3. si dicti sui rationem testis singularis reddat. 4. si super ipso facto proprio deponat, Jas. l. 1. n. 65. & 66. C. de sum. trin. Socin. reg. 423. fall. 2. n. 1. Menoch. 2. arb. qq. c. 99. 5. si ejus dictum verè & necessario concludat, Beust. in d. l. admonendi n. 1147. 6. si deniq; non stet contra unius testis dictum presumptio, Beust. d. l. n. 1144. Hinc elegans exsurgit dubium: An ob unum testem deterri possit a iudice jusjurandum. N. Paria n. sunt non probare & imperfectè probare arg l. quoties ff. qui satisf. cog. quia cum lex exigit probationem, hoc de iusta & legitima probatione accipitur, quæ sit per duos testes, & instrumenta indubitata. l. 3. in princ. ff. de test. l. ult. C. de prob. Confirmatur hæc sententia æquissima ratione, quia iniquum est, quenquã in re sua testem aut iudicem fieri, invitis adversariis, de quorum præiudicio agitur. l. 3. ff. de jurei. Quod fieret hoc casu Bronch. 2. evadl. 93.

VI.

Prohibentur quidam testes esse in totum, ut servus a, pupillus b, furiosus c, mutus, surdus d, cæcus e, infamis f, & omnes, qui jure intestabiles sunt. g

a l. 8.

218 l. 11. C. b. t. l. 22. §. 7. qui test. fac. po T. 1. 32. de R. J. nisi veritas aliter
erui nequeat. l. 7. ff. h. t. ubi tamen nec sine tormentis eis creditur l. 21. §. 2. b.
t. l. 8. l. 9. pr. ff. de quest. b. ob lubricum consilium l. 3. §. 5. de test. jurare enim
nequit, in quo vis est testimonij l. 16. de jurej. Specul. §. 1. b. n. 55. In crimine
tamen lese majest. recte testimonium fert. l. 10. de q. Farin. q. 58. n. 22. Et si
quis sunt alij casus, de quibus prolixè Farin. d. q. c. l. 20. §. 4. ff. h. t. Farin.
q. 61. n. 1. d. Farin. d. q. 61. n. 36. cum seqq. c. Mascard. concl. 278. n. 7.
Farin. d. q. 61. n. 19. Et Dd. communiter. De iis demum testimonium feret,
que audivit, aut que ante acceptam cecitatem cognovit. Ruland. c. 16. lit. b.
Farin. d. q. n. 24. §. l. 13. Et seq. b. l. 2. de Senat. c. ult. ext. de test. Wes. par.
b. n. 3. Menoch. 1. arb. jud. q. 27. n. 3. Et seq. Bronch. 2. ev. 95. quod de
infamia juris notato intelligendum est. Quod attinet infamem infamia fa-
cti indistinctè ad testimonium admitti debet, arg. l. 1. §. 1. b. Treut. d. disp. th 8.
lit. b. §. quos recenset Wes. d. n. 3. Quaritur hic, Nam ludæus possit
esse testis contra Christianum? N. per l. 21. C. de heret. Et Manich. c.
de test. c. non potest. 2. q. 7. Fas. in rub. ff. de just. Et jur. König. c. 75. n. 14. Fa-
rin. q. 56. n. 205. cum seqq. Secus de jure Saxon. art. ult. Weichbild/ibi.
Die Jüden überzeugen einen Christen mit zweyen Jüden vnd einen
Chri. en: Christianus v. potest per unius Christiani Et unius Judæi testi-
monium Judæum convincere, Land Recht lib. 3. art. 7. Et art. 2. in gl. finali.

VII.

Quidam pro parte, ut quilibet in re sua, a mulier in te-
stamento, b domestici in causa dominorum vel parentū.
a l. 10. ff. h. l. 10. C. eod. c. quoties. §. ext. de testib. concordat statutum No-
vicum, tit. 7. lib. 1. v. vnd dann alle vnd jede Personen. Ita Stat. Wormat.
lib. 1. tit. 11. v. auch die Personen die Sachwalter/ etc. Hinc etiam heres
institutus testis esse nequit. l. 20. pr. ff. qui test. fac. ubi Bart. Et Dd. comm.
Jure tamen speciali legatarius Et fideicommissarius testis in testamento in-
scriptis esse possunt, §. 11. l. de ord. test. d. l. 20. l. 15. de reb. dub. An etiam in
Nuncupativo? N. quia Imp. in d. §. 11 loquitur de testamentis in scriptis
tantum. Facit quod ratio, que in scripto testamento militat, cesset in nuncu-
pativo. Duar. de testam. tr. d. testib. Hæn. disp. 8. q. 99. contr. th 9. b l. 20.
§. 6. de test. c. 2 c. 15. q. 3. quod idem est in feudo c. un. qui test. sint necess. Acer-
rimè conflagunt Dd. in Q. hac excutienda: Vtrum mulier in codicillis
testis esse possit. A. cessant n. hinc rationes, ob quas mulier in testamento
testis esse nequit. Arum. disp. 7. exerc. 14. Schneid. in §. 6 n. 5. de test. ord. Dn.
Præceptor Forsterus lib. 2. disp. 14. th. ult. Harpr. p. 1. disp. 20. th. 8. in F. Bronch.
2. miscel. 27. in f. An etiam in criminalibus. A. l. 2. ff. de accus. l. 18. ff.
de test. l. 20. §. 6. l. 8. ad L. Jul. maj. Gomer. 3. resol. 13. n. 13. Clar. §. sent. §.
ult.

ult. q. 34. n. 2. cum seqq. Bronch 2. miscel. 90. c. l. 6. l. 24. ff. h. l. 2. C. eod. l. 1. de
qq. nisi in his negotiis, que domi & secretè geruntur, neq; per alios testes pro-
bati possunt. c. 38 § f. ext. de test. b. l. 8. §. 6. C. de repud. Masc. vol. 1. concl. 533.
n. 15. Wes h. n. 3. König c. 57. n. 7. Ayr. process. p. 1. c. 9. obs. 5. n. 33. Hillig 25. c. 11.
Item quando agitur de probanda innocentia, Bart. in l. 1. §. si quis ff. de quast.
An parentes & liberi pro se & contra se testimonium dicere pos-
sint, quæstionis est. N. per l. 5. C. de test. l. 9. ff. eod. Hinc ulterius queritur,
Num frater in causa fratris testis esse possit N. per allegata. Rursus non con-
venit inter Dd. An subditi regulariter aut idonei testes in causa
Principis vel civitatis? Neg. verior. quia animi subditorum metu & ter-
rore potentia sunt occupati, ne veritatem proferre audeant. Idonei n. nō vi-
dentur testes esse, quibus imperari potest, ut testes fiant. l. 6. ff. de test. Bronch.
2. vad. 99.

VIII.

Producuntur testes citatione & compulsu iudicis^a, et-
iam inviti^b, captis pignoribus & mulctæ indictione^c, re-
gulariter post litem contestatam^d.

^a l. 22. h. gl. in l. 9. eod. Wes par. eod. n. 2. & seq. b. t. t. ext. de test. cog. d. l. 9.
C. h. cum auth. seq. Secus de j. Saxon. juxt. gl. ad 2. and R. lib. 3. art. 21. ad verb.
Sie sollen aber. veruntamen usu observatur, ut testes cogantur: König. in
rub. von dem gezwang der Gezeugen c. 82. n. 2. Ratio, ne veritas occultetur
c. quanquam 14. q. 2. Reinh. p. 4. diff. 56. Gail. 1. O. 100. Et an idem sit in crimi-
nalib. vid. Jul. Clar. §. fin. q. 24. v. successivè videamus. c. c. f. de test. cog. Spec.
de teste §. pen. n. 6. Ferr. a. in form. jura. test. ad verb. citati. n. 1. per l. 3. §. exhi-
bere de tab. exhib. ^d nisi in casibus specialibus, notat. in c. 5. ext. ut lite non
contest. Est n. alius singularis text. quando testes ad perpetuam rei memori-
am recipi possint. in c. 41. ext. de test. qua tamen receptio testium, ex d. c. 41.
multis modis differt ab ea, de qua loquitur d. c. 5. vid. latè Gail. 1. O. 92. Myns.
4. O. 71. Treut. d. disp. 5. th. 7. lit. f.

IX.

Post jurare debent^a, & coram iudice vel notario clam
Partibus^b, claris verbis super interrogatoriis responde-
re^c, ex certis suæ scientiæ causis^d, non auditu alieno^e, ali-
as excipietur contra personas & dicta eorum.^f

^a Testi n. non jurato non creditur. l. 8. in pr. C. d. test. c. 27. c. 51. de test. Bro.
1. miscel. 92. Jurant a. das sie auff die Articul / fragstück vnd in der
ganzen Sachen für beyde theil / keinem zu lieb noch zu leidt / die warheit
so viel

so viel ihnen bewust/ vnd sie darumb gefraget/sagen/ vnd das nicht las-
sen wollen umb Gab/ Gescheck/ Nutz/ Gunst/ Haß/ Freundschaft/
Feindschaft/ Furcht vnd andern handjachen willen/ so war als ihnen
Gott hel fe, *Juramentum a. alterutra partium litigantium invitaomitti
non potest. c. 39. de test. Land R. 3. art. 32. König c. 76. n. 2. Gail. obs. 101. n. 2.
Myns 3. O. 80. late. Ayr. in suo process. p. 1. c. 8. obs. 3. per tot. Et ne iudicis qui-
dem autoritate. Gail. d. l. n. 5. nisi consuetudo in eo foro, ubi examinantur,
sit in contrarium. Gail. d. l. n. 11. b l 8. C. b. Myns 3. O. 80. c l. 1. Et ib. gl.
b. Nov. 90. c. 4. d l. 10. C. de prob. non de credulitate. l. 18. C. b. vid. Ayr. p. 1. c.
8. obs. 4. n. 3. e c. 47. ext. de test. Myns 6. O. 58. Menoch. 2. arb. jud. qq. c. 5.
c. 4. 25. n. 4. f l 16. b. l 6. ubi Bart. C. eod. Wes. h. n. 7.*

X.

Examine absoluto ad publicationem attestatorum
deveniri solet.

*Judex enim utriq; parti ad hoc citata eorum copiam facere debet, quae
super lite testes examinati deposuere, ad hoc, ut ulteriorem testium produ-
ctionem impediatur. c. 18. Gail. 1. O. 91. n. 11. Elect. Nov. p. 1. c. 16. inf.*

XI.

Instrumentum est scriptura^a, fidem rei controversae faci-
ens^b, & vel publicum vel Privatum^c, illud est, quod auto-
ritate publica confectum^d, eaq; nim. magistratus^e, vel no-
tarii^f specialiter ad id rogati, s.

^a propria significatione l 5. C. de prob. l. 19. C. b. l 6. de edend. b Vult. 2. f R.
c. 2. n. 64. Treut. d. disp. 5. th. 1. c l. 6. 1. 5. C. de prob. Wes. par. b. n. 2. d S.
sed et si, auth. de instr. caut. Et fia. vocaturq; propriissime instrumentum.
arg. l. 1. C. de jurej. propt. cal. Wes. h. n. 2. e Ipsius nim. jussu; aut con-
firmatione, quod fieri solet sigillo publico, etiam si a privato scriptum sit. c. 2.
ext. de fid. instr. f c. 1. § 2. § quod nsu ista receptum; Ratio, quia me-
rito suspectus esset, si se ultro ingereret. Publica instrumenta sunt 1. Acta
judicialia. Quid v. Actorum nomine veniat, docet Marant. de act. edit.
n. 1. Et seqq. nim. die Gerichts/Ampts/ Cantzeley vnd Receptbücher/ &
quacung; coram iudice ab officiali conscripta sunt. 2. Libri censuales & si-
miles. l. 10. de prob. Huc referri possunt, die Hader/Bruch vnd Straff-
bücher libri statutorum de q. Gail. 1. O. 106. n. 8. Item die Rathsbücher/
die Forstbücher/Sal. vnd Stewerbücher/ & libri feudales. 3. Scriptu-
ra ex Archivis deprompta. l. 45. § 7. de f. fisci. auth. ad hac. C. de his qui in
Eccl. aut publico sigillo signata. c. 2. ext. h. t. c. 5. de prob. 4. Privilegia,
Ruland, 2. de comm. 5. c. 6. n. 19.

Priva.

XII.

Privatum, quod à privatis componitur nulla accedente autoritate publica: Et si nullis adminiculis juvetur, ad probationem solum non sufficit.

Putat confessione vel jurejurando. Tunc n. plenam fidem facit. l. 5. 6. 7. & 13. C. de prob. Item si trium testium subscriptione fuerit confirmatum. Bronch 2. ex. 98. Hujus v. sunt varia species, ut rationes die Register / Rechnungsbücher / l. pen. ff. de reb. cred. inventaria privata l. 20. C. de fid. instr. Chiographa, Apocha, Antapocha. l. 19. C. eod. Vulgaris sed ardua & celebris est controversia, Num libri mercatorum probent? Aff. per ea que tradit Gail. 2. O. 20. per. t. König. c. 48. Treut. vol. 1. disp. 4. th. 2. lit. b.

XIII.

Præsumptiva est, quæ factum ejusve qualitatem ex alio demonstrat. Hinc Præsumptio, quæ est argumentum rei dubiæ fidem faciens ex alio. Estq; vel juris & de jure, ^a vel juris tantum, ^b vel hominis. ^c

^a quæ nulla probatione contraria evertitur. l. 23. C. ad S. C. Vell. l. fin. C. arb. tut. l. f. ad S. C. Maced. Menoch. 1. præf. q. 3. Masc. vol. 1. q. 10. n. 48. Wes. par. b. n. f. nisi confessione. Cyn. in auth. sed jam. C. de don. ante nupt. Menoch. c. 2. arb. qq. c. 48. n. 5. Hic non incommode potest Q. Num si marito mortuo uxor post mensom undecimum pariat, indubitatè præsumatur ipsam cum aliquo post mortem mariti consuevisse? A. in tantum ut nec partus talis pro legitimo sit reputandus. Dn. Forst. Præcept. disp. 3. th. 4. ^b quæ non necessario sed probabiliter arguit, & usq; dum de contrario doceatur. Tales præsumptiones sunt varia, & propterea ad certa genera revocari nequeunt. ^c Dicitur & modica, quæ est verisimilis aliqua conjectura, sed quæ sine aliis adminiculis fidem solidè non facit. l. 5. 6. C. b. Multis enim modis fallere potest, aliquando tamen ita se rem habere ostendit. Hinc spinosa efforescit Q. Num & quale faciat indicium sanguis ex cadavere occiso, ad tactum & accessum cujusdam profluens? Resp. ad inquirendum valet, quia etiam leviores conjecturæ ad istum finem plerunq; sufficiunt. Heig. 2. q. 39. Non autem ad torturam. Ratio 1 quia à tormentis ad veritatis investigationem initium sumendum non est, l. 1. pr. l. 20. ff. d. qq. Ad ea n. desiderantur verisimilia, probabilia atq; evidentiæ indicia, quæ ex aliqua intrinseca à nobis cognita & natura convenienti causa promanant, l. 18. § 1. ff. de qq. l. 3. l. §. 1. C. eod. Sed sanguis profluens talia indicia non subministrat. 2. quia in der Peinliche Hals-

SalsgerichtsOrdt. Car. V. art. 18. non tantum requiritur, Das ein red-
lich gnungsam anzeigung / argwohn/oder verdacht gegeben werden / sed
Et art. 29. Et seqq. varia criminum commissorum indicia, Et maxime homi-
cidiorum art. 33. Et seqq. recensentur. Nec tamen sanguinis eruptio indicis
illis accensetur. Nec ad condemnationem, quia in causa criminali in-
dicia ad probationem indubitata Et luce meridiana clariora requiruntur. l.
f. C. b. t. Menoch. 2. arb. qq. 270. n. 16. 17. Et 1. presumt. 89. n. 128. Farin. p. 1. tit. 5.
q. 52. n. 154. Treut. disp. 4. vol. 2. th. 7. lit. e. Dn. Præceptor Sigm. Finckelt.
disp. 8. feud. controv. in fin.

XIV.

Hucusq; de speciebus Probationis. Probare debet is,
qui aliquid dicit & intendit, ^a non qui negat ^b.

^a l. 2. ff. l. 8. l. 23. C. b. t. Masc. q. ult. n. 1. cum seq. Hillig. d. lib. 25. c. 2. Treut.
d. d. 4. th. 3. lit. a. ^b Quia factum negantis, quatenus negat, per rerum na-
tura nulla est probatio l. 2. ff. d. l. 23. C. b. l. 10. C. de non num. pecun. non entis
n. nulla sunt qualitates: Et quò majus periculum intenditur reo, eò magis
ei consulendum l. 1. S. sed Et si. d. Carb. ed. Bronch. 1. d. 92. Arum. disp. 14.
ad pan. th. 22. Præterquam, si in negatione se fundet. Bart. in d. l. 23. n. 6. aut
jus (quod intellige procedere, ubi id affirmatur, quod est de genere permis-
sorum; quo in casu negans probare tenetur. Pacian. 1. de prob. 52. in pr.) vel
qualitatem neget, aut de ejus officio gesto agatur, aut deniq; contra negan-
tem stet presumptio. Bronch. d. loco.

XV.

Probanda sunt juris & facti quaestiones, quæ moventur
in judicio. ^a Earum tamen illæ tantum, quæ ad caput con-
troversia, causa decisionem spectant. ^b

^a l. 4. 5. Et t. t. b. l. 16. C. eod. Treut. disp. 4. th. 5. lit. a. Wes. b. n. 7. ^b Dd.
vocat pertinentes l. 10. l. 17. l. 21. 22. C. b. l. 9. C. de R. V. Wes. d. loc. Gail. 1.
O. 81. De ceteris iudex nec volentem audiet. auth. in isto. Et Dd. l. 21. l. 22. C.
h. Gail. d. O. 81. n. 2. Unde colligitur, gravissimè hodiè peccari, dum clausula
illa vulgatissima, salvo jure impertinentium Et non admittendorum, adjec-
ta, articuli quivis indistinctè in foro admittuntur. arg. d. l. 1. Et d. auth.
Gail. 1. O. 81. n. 2. Et 3. Masc. 1. de prob. conclus. 132. n. 1. Et 2.

XVI.

Proponenda est probatio post litem contestatam ^a:
Et quidem intra dilationum terminos à jure concessos,
quib. elapsis nullus iis locus ulterius relinquitur ^b.

B

^a t. t. ext.

^a t. r. ext. ut lit. non contest. Masc. q. 17. n. 30. Pruckm. 1. conf. 49. n. 11. quod tamen in exceptionibus dilatoriis secus est, l. 52. pr. d. jud. l. 13. C. de except. Novel. 53. c. 3. item in peremptoriis privilegiatis; hæc n. quoniam litis ingressui obstant, initio statim monstrari debent. c. 1. 2. de lit. contest. in 6. b. l. 1. C. de dilat. l. 23. ex quib. caus. maj. Jure Saxonico is, cui probatio incumbit, intra 6 septimanas & tres dies, non tantum articulos probatorios exhibere, sed & commissarios ad testes audiendos petere tenetur. Landst. lib. 1. art. 63. Weichbild, art. 73. & art. 82, in gl. & art. 56. König. part. 3. c. 21. p. mihi 361. Novel. Elect. p. 1. Const. 16.

XVII.

Requiritur autem ut probationes sint certæ & liquidæ, & inque criminalibus præsertim capitalibus luce meridiana clariores. b.

^a l. 6. l. 36. ff. b. l. 3. §. 4. de susp. tut. l. 30. de test. tut. l. 34 §. 3. de leg. 1. Menoch. 1. præf. q. 97. n. 29. & lib. 2. q. 51. n. 49. Gail. 2. O. 13 n. 5. b. l. 5. de pæn. l. 25. C. h. l. 16. C. de pæn. c. sciant. 2. q. 8. Hinc anxia nostrorum disquisitio est: Vtrum fagarum per aquam frigidam probatio sufficiens sit ad condemnandum vel absolvendum? Et quanquam affirmativa in quibusdam locis consuetudine receptæ videatur: Negativam tamen juri & rationi consentaneam arbitror. per LL. sup. adductas, Bod. 4. de magor. dem 4. Venat. in anal. Pontif. j. lib. 5. tit. 32. Damboud. rer. crim. Enchirid. c. 43. Heig. p. 2. q. 39. Trent. d. disp. 4. th. 7. lit. c. & d. Haen. disp. f. illustr. controu. in coroll.

XVIII.

Finis probationis est, ut judici fiat fides super eo, quod inter litigantes controvertitur. ^a Effectus, quod secundum eas, si sufficientes sint, pro allegante pronunciatur. b.

^a l. 12. h. Masc. vol. 1. q. 2. n. 24. Wes. b. n. 10. b. l. 10. §. f. de edend. l. 6 l. 14. l. 17. 25. §. 3. & 4. l. 27. b. t. Ratio, quia tutior hæc est ratio finiendarum litium, quam si obtentu scientiæ judicis permiseris, ut nulla habeatur ratio probationum; probatur hæc decisio 1. per l. 6. §. 1. de off. præf. 2. quia nemo potest simul testis & judicis partibus fungi. At. & c. Menoch. 1. arb. jud. q. 31. Clar. §. fin. præf. crim. q. 8. v. sed pone. & q. 66. v. scias a. Mascard. d. tr. q. 1. Vult. 2. l. R. c. 31. ferè inf. Ayr. p. l. c. 8. O. 2. Harpr. ad §. 43. de act. n. 3. & p. 2. disp. 26 th. 11. lit. b. Bronch. cent. 11. assè 14. Olem. disp. 49. n. 61. & seqq. in obi. & resol. & alii quam plurimi allegati ab Hanon. disp. 23. th. 18. qui contrariam sententiam defendit.

Tandem

XIX.

Tandem cum probandi onus actori potissimum incumbat^a, eò fit, ut actore non probante reus absolvatur ab instantia,^b

^a l. 2. 18. 19. 21. § 23. h. l. 8. 11. 18. 23. § 25. C. eod. l. 9. C. d. O. & A. Wes. par. n. 6. Donel. 2. de prob. Ratio, quia in pari causa pro possessore judicatur. l. 2. C. de cond. ob turp. caus. l. 128. ff. de R. J. Ratio rationis 1. Quia reus est favorabilior actori, l. 125. de R. J. & cum simus propensiores ad absolvendum, quàm ad condemnandum, judicamus potius pro dissolvenda obligatione, quam pro ea constituenda l. 47. de O. & A. 2. quia actor affirmat, reus v. negat: at qui per rerum naturam efficitur, ut probanda sit affirmatio, non negatio. l. 2. ff. h. l. 23. C. eod. ^b l. 4. C. de edend. d. l. 9. Quam tamen redintegrare ex novis probationibus ita demum poterit actor, si reus tantum inopia probationum ab instantia, non etiam si contraria probatione vel purgatione à causa absolutus sit. l. 10. §. 3. de eden. arg. l. 10. C. de accus. ubi Bald.

C O R O L L A R I A.

I.

An Excipiens contra testes in judicio, quod sint falsarii, improbi, criminosi &c: & non probans, actione injuriarum teneatur? N.

2.

An Scriptura regulariter pertineat ad essentiam, an vero ad probationem contractuum, Posterius A.

3.

An si Titius Sejum furem vocet, Sejus sui defendendi causa hanc iniuriam retorquendo & recriminando repellere, & Titiū vicissim furem appellare possit? N.

Ad

Ad Præstantissimum & Doctissimum
Dn. JOHANNEM ADAMUM,
de Probationibus disputantem.

*S*æpna quem vario titillant otia motu,
clausas Astræ nescit adire fores.
Ferrens ingenio, natibus sed plumbeus esto,
abditæ qui Juris scrinia nosse cupit.
Hoc rectè tecum perpendis lance, sub illo
qui certas signo, Victor & inde redis.
Grator certanti, quia sic quæ clausa patebunt,
Juris sic & erunt abditæ nota tibi.

F.
CHRISTOPHORUS PREIBISIUS Sil. J. U. D.
& Professor Publicus.

A L I U D.

Nunc Germanorum præscos desidero mores,
res ubi, *dicendo vera*, probata fuit,
Non certè res hæc tanti tibi, ADAME, laboris,
omnia dum satagis lege probare, foret.

Amoris ergò
GEORGIUS MESTNERUS,
Phil. & Med. Stud.

F I N I S.

Leipzig, Diss., 1593/1613

ULB Halle

3


004 954 793



V17







B.I.G.

Farbkarte #13

rioris 1618, 1
FRIDICI
I.

~~17~~
25
17

TIO
S.

Benigno
Academia,
audatissime Facul-
dinarij, Senioris, & re-
Assessorum di-

DIO
tissimi Viri
MELII Lipsiens.
entiati.

oponit
MUS Svid. Sil.
oris Matutinis
is.



MBERGIANIS
ANNO 1618.

